

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Explicatur modus quo Deus immediatè per se, non per Angelos, reuelauit
S. Ignatio res nostri Instituti. Cap. VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](#)

tione, & per imaginationem propōni nostro intellectui, cognoscendum per actum intellectus, qui illa imaginatione obiecti representant, determinatur ad illud cognoscendum. Et hoc modo ordinariē nos boni Angeli illuminant, & mali tentant permittente Deo.

Secundus, modus intrinsecus est, quando per obiecta extrinseca sensibus representata, non sufficienter tamen rem cognoscendam representantia, mouent simulphantasmata relicta antea ab obiectis sensibilibus, & illorum certa coordinatione ac dispositione, plene representant totum id, quod per sola obiecta extrinseca, non sufficienter fuit representatum, & apprehensum ab imaginatione intellectui representandum. Hoc modo Prophetis & Iohanni in Apocalypsi multa Angeli reuelarunt, quæ per obiecta extrinseca sensibus percepta, quid significarent, non intelligebant, sed intellexerunt per intrinsecamphantasmatum motionem, quæ causant mouendo sive spiritus animales, sive humores, sive partes fluidas cerebri, in quibus tanquam in subiecto suntphantasmata, iuxta varias opiniones Philosophorum & Theologorum, qui videri possunt apud Vasquez S. Thomam, S. Augustinum pluribus in locis.

CAPVT SEXTVM.

xplicatur modus quo Deus immediate
per se, non per Angelos, reuelauit S.
Ignatio res nostri Instituti.

Loquor hic de illuminatione causari solitâ
bonis Angelis. Nam Dæmones solent etiâ qua-
to modo repræsentare hominibus obiecta , in
tentationibus & illusio[n]ibus, quas causant per-
turbando ipsum organum sensus alicuius, visus a 2. & q. 17.
v.g. vel auditus, applicando causas agentes , per
quas alterantur sensus nostri, eo modo , quo 3 & opti-
Phrenetici putant se videre, vel audire aliqua, me q. 16.a.
quasi extra se existentia, quæ vere non existunt, 11.S. Aug.
sed per sensum alterationem eis repræsentan- ad lit. a.
tur ac si existerent. Qui modus cum quedam 12.ad 20.
deceptione sit , non adhibetur à Deo , dum per
Angelos bonos aliquid extrinsecè p[ro]fessat.
Cæterum cùm Angeli erga Creaturas n[on] pos-
sint agere nisi per motum localem, mouendo 11.4.
illas de loco in locum , & motu locali applican- S. Th. r.
do activa passiu[s], & per illa non per se aliquid 5.p. 11.1.a.3.
alterando vel producendo, vt docent commu- S. Bon. r.d.
niter Theologi. S. Thomas, Vasquez. Hinc fit, vt 4.8.1. p. a.2.
non tantum substantiam villam producere per 216. c. 13. &
se non possint , sed nec villam qualitatem pri- 5 & disp.
mam aut secundam, aliamue formam acciden- 211. c. 5.
alem, vti est lux , vel species aliqua sensibili- Ferrar. l. 5.
aut fons , nisi applicando corpus luminofum cont gen-
aut sensibile obiectum , quicquid dixerit A. tes c. 303.
uicenna refutatus à S. Thoma & Tanner , Ri- Taq. I. p.
cardo, Ferrariensi , Durando , Argentina , & d. 1.8. c. 3.
alii Theologis ac Valquez. Item non pos- Suar. l. 6.de
sunt interna phantasmata per se efficere , quæ Angels
sunt perfectiora externis speciebus sensuum, c. 16. b. 8.
vt post alios bene docet Soarez & Conim- Comib. 1.
bricenses , Vincentius Regius. Unde non de somnis
potest Dæmon cæco à natuitate imprimere c. 4. vino.
speciem coloris vel lucis, quam nunquam vidu- Elacid.
na 2. n. 21.
Euang. l. 1.
c. 12. theo-

Y y sed

sed tantum species imaginationis, ab obiectis sensibilibus per sensus perceptis causatas, potest hoc vel illo modo motu locali eas mouere, & sic res varias representare imaginationi, eo modo, quo, ut ait S. Thomas, ex diversa ordinatione earundem literarum accipiuntur diuersi intellectus.

115. Quoad secundum, in primis supponendum est Lud. Dux. tanquam certum, revelationes rerum scandalarum Spir. tr. i. c. & faciendarum, aliquando immediata per fo- 22. §. 3. modum Deum hominibus communicari sine coo- dūs, & c. 22. §. Qua- peratione phantasmatum, mere intellectu- re demon ter, ut dicit preter alios Theologos Ludovicus Rib. in c. 2. de Ponte, Ribera, Vincentius Regius, secuti S. Iocel. v. 29. Thomam, qui testimonio Apostoli desumpto ex Regius loc. 1. Corinth. 2. probans a Deo quaedam mysteria supra citat. gratiae, immediata esse reuelata Angelis, & ad- dum 12. S. Th. 2. 2. sicut nō obiectis revelari docet, ita illis esse reuelata, sicut no- q. 17. 4. a. 2. bis quaedam reuelata Deus per Spiritum suum. & 3. & 1. Loquitur autem de Reuelatione que fit Ange- p. q. 17. a. 5. lis suprema Hierarchia, qui Angelos inferiores S. Cle. 1. 5. luminant, ipsi vero immediata ab ipso Deo il- Cölt. c. 21. luminantur. Idem probant alia S. Thomae loca su- & l. 7. c. 34. pra cap. 3. allata in responsive secunda ad qua- 13. ad Pule. situm quartum de Reuelationibus immediatae S. Cyr. A- a Deo factis Adamo, Moysi, Daudis, Salomonis lex. 1. 1. Ioa. & Apostolis n. 103. & sequentibus. Pro qua re c. 9. Valq. 1. citantur & SS. Patres, S. Clemens, S. Leo S. Cy- p. d. 216. c. rillus Alex. in verba illa: illuminat omnem homi- 5. n. 2. 4. Chrt. h. 3. in nem venientem in hunc mundum: ubi dixit eo triod. Acta Amb. do non illuminari alios ab Angelis, sed exterioris, in c. 1. Col. vt bene ponderat eius locum Vasquez. Ideo Aug. 1. 6. docet S. Chrysostomus, S. Ambrosius, S. Augustinus, B. Laur. Iustinianus: præter alios Patres & conc. 18. in Psl. 118. Autores citatos supra c. 5. in Resp. 1. ad Quæ- Iustini de humil. c. 6. situm quartum, & infra citandos. §. octaua cau- sa. Et expressè tales quoque Reuelationes ha- col. 1. & de discipl. & perf. mon. conu. c. 5. buisse S. Gertrude in fine imaginari similitudinibus ministerio Angelorum factis, asseritur. 1. 4. c. 26. pag. 565. 566. Infinitas diuin. pietat. ab ipso Christo D. approbat. viibidem dicitur libr. 5. cap. 35. & 36. Et hoc videtur clare colligi ex lib. Num. c. 12. 6. 7. 8. ubi dicuntur Prophetæ alij soliti videre Deum per enigmata & figuræ (qua sunt imaginationis propria) Moysem vero, ore ad os, & palam, seu ut in Exodus dicitur, c. 33. 11. Facie ad faciem. Ob quem modum S. Bernardus dicit: Moysem vidisse Deum modo plane præcellentem, atque in experto exteris Prophetis, sibi nota & Deo. Prophetæ autem ut plurimum, videbant Deum per imaginarias visiones ac figuræ. Et s. 69. Cant. col. 3. ait, infuso lumine de super reuelari mysteria. Idem alius verbi dicit c. 45. in Cant.

116.

Secundo, supponendum est, ex certa Theologia doctrinâ, (vt reliqua supposita quæ paulo post adferam) reuelationes propheticas, passim sumptas, nil aliud esse, quam cognitiones intellectus supernaturales, causatas Diuinitus modo supernaturali excedente vim naturalem intellectus: ideoque appellantur gratiae gratis ex Daniele Prophetâ.

data, à Deo tunc illuminante homines, tanquam authore gratiae.

Tertio, supponendum est, ad omnem cognitionem intellectualem obiecti, extravisionem beatificam, & in hac vita, & in altera in animabus separatis a corpore, necessarias esse species intelligibiles representantes obiectum, easque esse incorporeas & immateriales, & merè spirituales, ut & ipse intellectus, cui subiectum inheret, tanquam qualitates quædam intentionales, ut appellantur a Philosophis & Theologis.

Quarto, supponenda est doctrina recepta comi- 118. muniter ab omnibus, præsertim a S. Thoma quæ tradidit S. Dionysius Areopagita loquens de visionibus Propheticis, quod sapiens Theologus, visionem illam dicit esse diuinam, quæ sit per similitudinem rerum forma corporali carentem.

Quintum, supponendum est, cum communis doctrina Scholasticorum, non posse animam hominis ab Angelo immutari, nisi solum media imaginatione, sed nec imaginatione ipsam posse ab eo immutari impressione aliquius qualitatis, sed solum applicatione aliquius agentis extrinsecè, vel per motum localum humorum corporis, aut specierum materialium phantasmatum, ut alius bene docet Vasquez, & Soarez loco citato, & alij communiter, & ut loquitur S. Bernardus. Angelus non abs motu operatur, tam locali, quæ loco temporali. His suppositis.

Dico, cum S. Thoma, & cum Commentatori in Carr. bus eius, præsertim Soario. Ad Propheticam cognitionem, quæ sit Deo aliquid intrinsecum, reuelante, duo requiri: unum ex parte, obiectum, ut illud representetur intellectui, quod fit per de- species intelligibiles spirituales intellectus, ut illud ex parte intellectus cognoscens, ut ha- beat vim supernaturaliter cognoscendi illud obiectum per species sibi reperientium: & hanc vim acquirit in actu primo intellectus, vel per habitum fidei, quando res aliqua obiectum intellectui reuelatur, vel per aliud lumen clarum, distinctorum specie ab habitu fidei, quod solet Propheticus a Deo per modum transeuntis immediatè infundi, quando clare aliquam veritatem alicui reuelat. Quo vtroque vel alterius predicio, intellectus Propheta supernaturaliter ele- uatus, cum assentitur rei reuelata, tanquam vera, tum facit seu format iudicium de veritate seu certitudine Reuelationis, quod eius Author sit Deus. Hoc enim ad completam perfectionem reuelationis Propheticæ necessarium requiri pluribus in locis docet S. Thomas, & colliguntur Dasson ex Daniele Prophetâ.

Porrò species intelligibiles representantes obiectum illud, ut idem Theologo docent, aliquando de novo producuntur & infunduntur a Deo, aliquando veteres antea præexistentes, certo quodam modo ab ipso Deo immediatè ordinantur & disponuntur, quomodo non possunt ab ipso intellectu sola vi sua naturali coordi-

coordinari & disponi ob præstantiam obiecti
supernaturalis; sive illud cognoscatur per scientiam per se infusam, ut loquuntur Theologi, siue infusam per accidens; per quam Salomonis Diuinitus fuit indita in uno momento multiplex cognitio rerum naturalium ad scientias naturales speculativas & practicas spectantium, quas eruditè explicat noster Pineda in Praeui

PL. 1. c. 10.
S. M. A. 1. 1. 19.
& 100.

- Cum autem Angelus nihil possit producere, non tantum Spirituale, sed nec materiale & corporeum, nec ullus habitus intellectui humano infundere, vt Theologi constanter docet, & quicquid facit in Creaturis extra se, non faciat alterius quam per motum localem & impetu circa res mere corporeas, ideo non potest eo modo reuelare hominibus illa, quæ modis nunc explicatis dixi reuelari à Deo. Et hanc fortem ob causam dicit S. Bernardus, *nobis inesse Angelum suggерentem bona, non ingenerentem, inesse hortantem ad bonum, non bonum creantem; Deum verò sic inesse, vt afficiat, vt infundat.*

124. *Quod tertium, causæ ob quas existimo Deum non per Angelos, sed immediatè per se S. Ignatio reuelans Institutum Societatis quoad quædam sunt hæc.*

Prima causa: quia in historiis eius vitæ, tum impressis, tum manu scriptis omnibus, quas accuratissimè legi, acceptas ex Archivio Societatis nostræ Romano, nullum prouersus existat indicium factæ ei per Angelos talis illustrationis, sed exprestæ, disertis verbis, in iis, narratur, ab ipso Deo S. Ignatium quædam de Societatis Institutio esse edocetum, vt clare demonstrauit cap. 1.

Secunda causa: Quia nec ex Theologicâ doctrina per bonam Consequentiam contrarium potest deduci, tum ob ea quæ supra dixi cap. 4. & 5. soluendo Obiectiones, & respondendo ad varia quæsita, tum ob ea, quæ nunc dicam. Nam, vii docent Theologi Scholastici, & eos secuti magni Scripturæ Interpretæ, Christopherus Castiæ, Antonius Fernandius, Cornelius à lapide, Delrius, Reuelatio propriæ dicta, prout ex parte Dei, quæm Dei locutio, quæ Prophetae vel alteri homini, supernaturaliter manifestat aliquid ab eo sciendum, vel etiam factum est aliud, quod ab eo connaturaliter, vel ab aliis, nisi sit aliquid ab eo sciendum, & sciri non poterat. Ex parte, nihil est aliud, quam auditio hominis, dum eum allōquitur Deus, aliquid ei reuelans, & notitia, quam accipit à Deo reuelante. Quia in re non sunt duas actiones, sed una simplex intellectus actio seu conceptio, formaliter homini repræsentans id, quod Deus vult ab eo supernaturaliter cognosci illo actu intellectus. Hinc S. Bernardus à simili ait: *Sunt quædam verba verbi sponsi ad nos, non Lancij Opus. Tom. 2.*

stre meditationes de ipso. Tu ergo cum tibi aliqua talia volvi animo sensis, non tuam pures cogitationem, sed illum agnoscere loquentem. Similiter enim sunt nostra cogitata mentis, sermonibus veritatis in nobis loquenlis. Cum ergo à solo Deo immediatè, operatione cum potentia vitali humani intellectus, possit pronenire actus vitalis intellectus, & quævis cogitatio seu notitia illius, non tantum supernaturalis, sed etiam merè naturalis. Reuelatio Prophetica, & quævis cognitionis supernaturalis intellectus, à solo Deo immediatè causatur, ac proinde non ab Angelò, qui non potest immediatè illabi in intellectum humanum, nec cum sic illuminare, vt supra ostensum est.

Tertia causa: Quia illa ipsa duo quæ supra ostendit prærequisiti ad Reuelationem Prophetica, scilicet species intelligibiles obiecti reuelandi, & lumen dans vim intellectum ad cognoscendum obiectum reuelandum, & ad ei assentendum, non potest produci à natura Angelica, sed à solo Deo. Quocirca etiam ex hoc capite, non potuerunt Angelico ministerio reuelari S. Ign. ea, quæ reuelata sunt, sed debuerūt necessariò ab ipso Deo immediatè reuelari.

Quarta causa: Quia res Institutii S. Ignatii reuelatae, sunt non speculativae tantum, vt solum cognoscerentur & crederentur (quanquam & hoc solum sufficeret ad probandum id quod intendo), sed reuelatae sunt, vt ab eo per voluntatis actus efficaces executioni mandarentur, tum per ipsum, tum ut filii eius eæ indicarentur, ab ipsis exequendæ, & ab eo ad perpetuam rei memoriam scriberentur, vel scribendæ ab Amanuensibus per eum dictarentur, vt eorum confirmationem à Sede Apostolica peteret, & vt eorum executionem apud suos vrgeret, & vt Oppugnatoribus vel contradictoribus resistenter, ac res à se statutas defenderebat, vbiq' promulgari curaret, ac dubia declararet. Quia in re multi actus, & proposita efficacia voluntatis à S. Ignatio sunt elicita & profecta, dum ei res Institutii reuelarentur. Cum autem iuxta certam & receptam ab omnibus Theologis doctrinam traditam à S. Thoma, Angeli 1. p. q. m. non possint immediatè mouere & immutare voluntatem humanam, (quæ motio & immutatio voluntatis in S. Ignatio, & quidem multiplex fuit, ob plures actus voluntatis efficaces, ab eo elicitos, tunc dum ei reuelarentur res Institutii) id est etiam ex hoc capite, non potuerunt immediatè ab Angelis, sed à solo Deo ea reuelari S. Ignatio.

Quinta causa: Quia res nouas, & in Ecclesia ante ipsum non practicatas, imò contrarias præxi aliorum Ordinum Religiosorum, S. Ignatius in Societate instituit Deo reuelante: (quas cap. sequenti recensebo) quocirca per motum Phaneasmatum (circa quæ sola, inta

Y y 2 homi-

hominem, vim suam exercit natura Angelica) non potuerunt ab Angelis representari intellectui Ignatij, tales ab eo instituta. Nam ut bene Philosophi docent, non sunt vlla phantasma, seu species imaginationis in nostra Phantasia, seu imaginatione, nisi illa quæ in ea producuntur (& quidem non ab Angelis qui eas producere non possunt) à mediantibus obiectis extrinsecis sensuum nostrorum. Vnde fit, ut quæ à nullo sensu nostro percepta sunt, non sint in nobis eorum Phantasma, quæ Angelis solum mouendo & ordinando, possint nostrum intellectum illuminare. Cum autem S. Ignatius quædam talia in Instituto instituerit, que nec audiuit ex narratione aliorum, nec vi su ex lectione librorum didicerit, eorumphantasma non habuit, ac proinde per motum illorum talia ab Angelis discere non potuit. Nec etiam naturali vi proprij intellectus ea assequi potuit per discursum, quia is naturaliter habet non potest, nisi per conuersationem ad Phantasma, vt cum Aristotele omnes Philosophi & Theologi docent, & S. Dionysius Arcopagita cap. 1. ccl. hierarch. & S. Thomas 2.2.q.17.4.a.2. ad 4. ideo necessariò dicendum est, talia S. Ignatium à solo Deo immediate reuelante didicisse. Non enim potest assignari aliud principium talis illuminationis præter hæc tria, ad quorum aliquod reducuntur omnes notitiae hominum: scilicet natura humana, Angelica, Diuina: vt præter Theologos & Philosophos benè docet apud Cassianum Abbas Moyses, & B. Laurentius Iustinianus.

Coll. 1.6. 19. 1. de humi lit. c.6.

129. *Sexta causa.* Maior fuit necessitas, vt im mediata reuelarentur ab ipso Deo res nostri Instituti S. Ignatio, quām fuerint reuelata Adamo & Salomonī ea, quæ ab ipso Deo, sine Angelico ministerio eis reuelata sunt: quia per S. Ignatium plura Deus spiritualia beneficia immediata Ecclesiæ suæ præstavit, quām præstiter per Adamum & Salomonem per quos beneficia præstata, præstisset, etiam illis canon reuelasset quæ reuelauit. Cū ergo (vt supra vidimus ex S. Thoma) multa reuelarit Adamo & Salomonī Deus per se solum im mediata, non per Angelos, & quidem minus necessaria, vel saltem minus utilia Ecclesiæ, quām sit Institutum Societatis, omnino dicendum est, Deum quoque immediatè per se, non per Angelos reuelasse S. Ignatius illas Instituti Societatis, quas reuelauit. Prudens enim & benefica Dei providentia & Charitas, non magis se per se immediatè, ibi communicat, vbi minus est necessaria eius im mediata communicatio.

130. *Septima causa.* Magis erat necessaria S. Ignatij Persona vt Fundatori novi Ordinis, & Ordini ab eo instituendo, adeo salutari toti

Ecclesiæ Catholicæ (vt experientia docuit, & testantur Vicarij Christi in Diplomatibus suis, & agnoscent omnes boni amici, & iuncti Ecclesiæ Romanæ ac Societatis) immediata Dei reuelatio rerum Instituto Societatis, quam reuelatio mysteriorum fidei & scientiarum humanarum (sine hac enim & quæ bene potuisse Ignatius, & ab eo instituta Societas, seruite Ecclesiæ Sanctæ, minus verò bene nec quæ audacter, constanter & fortiter sine illa:) At qui supra, numero 49. cap. 3. ostendit est, Deum ante inchoatam nostri Instituti foundationem, reuelasse intermediatè S. Ignatio multa, ad fidei mysteria & humanas scientias spectantia, & quidem in uno momento, quod nequamnam per vires Angelicas, etiam circa obiecta merè naturalia potest effici, etiam dum naturali modo percipiuntur; ergo multò magis immediatè per se solum, sine ministerio Angelico reuelauit Deus S. Ignatio, res nostri Instituti.

